



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv  
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de  
Lvgdvni, 1659**

II. De peccato Actuali, & Habituali.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**

**C A P V T   I I .***De Peccato actuali, & habituali.*

§. 1.  
*Actuale  
pecca-  
tum.*

6. **Q**uidnam *Actualē peccatum?* Sic à priori definiō: priuatio debitæ rectitudinis. A posteriori autem sic dictum est, vel factum, vel concupitum contra legem Diæternam. Siue: Auersio à Deo, & conuersio ad creaturam. Itaque in omni peccato duo inesse afferro, materiale, & formale. Materiale est ipse actus, v. gr. actus detractionis: formale autem est priuatio bonitatis, aut rectitudinis, quæ illi actui debetur. Qui enim loqui curat de factis alienis, absque famæ lœsione loqui tenetur.

§. 2.  
*Habitua-  
le pecca-  
tum.*

7. **P**eccatum *Habituale quid?* Est quædam labes, seu macula ex peccato actuali relictæ. Quam quidem maculam in duobus consistere afferro, primò in malitia actus præterito moraliter perseverante per modum habitus; vel in extrinseca denominatione ab actu præterito nondum per penitentiam retractato, vnde homo peccator denominatur. Secundo in priuatione gratiæ habitualis, quæ est nitor animæ, & pulchritudo.

**C A P V T   I I I .***De requisitis ad Peccatum, ubi de eiusdem  
malitia.*

8. **Q**uidnam *ad Peccatum mortale requiritur?* Plena, & expressa aduentitia malitiæ, aut saltem dubium expellsum. Nisi enim quis aduertat opus, quod gerit, esse malum, vel mali periculum adnexum habere; aut nisi formaliter dubitet, censetur inuincibili inaduentitia laborare, quæ non minus excusat à peccato, quam inuincibilis ignorantia: quia ubi non est aduentitia, ibi non adest voluntarium, v. g. sic excusat à crimine, qui in die ieiunij carnes comedit, nihil cogitans de ieiunio. Item requiritur consensus saltem virtualis, quia nullum est peccatum, nisi sit voluntarium.

9. **D**ubitat quis, an habuerit consensum sufficientem ad lethale delictum? Has regulas præscribo. Si homo sic se dignoscet affectum, vt nollet peccatum committere, si maxime posset: ut plurimum iudicandum est, consensum sufficientem

ad